

An unknown humanistic ' Elogium Sancti Augustini ' *

The humanists, as a brief examination of their manuscripts will show, were called upon not infrequently to compose occasional orations (*i. e.*, pieces commemorating various events, such as the beginning of an academic year, a wedding, a victory celebration, a religious feast, or a festival of a saint), in addition to their more scholarly pursuits. These topical writings, however, remain in great part ignored. Only gradually, through the advances of research, a growing interest in the humanistic period, and systematic investigation of codices, are the minor works of the humanists being brought to the attention of scholars.

One of the many humanistic orations, an *Elogium Sancti Augustini*, found in a manuscript of the Biblioteca Ariostea of Ferrara¹, is the present object of our attention. The author of our *elogium* is the fairly well-known Bartolomeo Casciotti. Although a Florentine by birth, he resided for many years in Ferrara, where, serving as a scribe to Guarino Veronese, he became a member of Guarino's literary circle. Casciotti's works,

* This article was made possible through the cooperation of the Rev. Rudolph Arbesmann, O.S.A., and the members of the Augustinian Historical Institute at Riverdale, New York, who obtained for me the photostatic copy of the manuscripts of Ferrara and of the Marciana Library in Venice. Moreover, I would like to acknowledge the assistance of the Prefect of the Vatican Library, the Director of the University Library of Bologna, and particularly Dr. Helmut Boese of the Deutsche Staatsbibliothek in Berlin. Finally, I wish to express my gratitude to Professor Paul Oskar Kristeller of Columbia University, who brought several of the Casciotti's manuscripts to my attention. For the transcription of the Latin text and for the final form of this article, thanks are due to Dr. Ann Rose Raia, Instructor of Classics at the College of New Rochelle.

1. The manuscript bears the number II. 110 ; it is mentioned by R. SABBADINI, *Epistolario di Guarino Veronese raccolto ordinato illustrato* (R. Deputazione veneta di Storia patria. Miscellanea di Storia Veneta ; 3 vols. [Venice, 1915-1919]), vol. 3, 214. Sabbadini alone indicates the existence of the *Elogium Sancti Augustini* in the Ferrara manuscript. Now the codex is described also by P. O. KRISTELLER, *Iter Italicum I* (London-Leiden, 1963), 57. Furthermore, see S. PRETE, *Two Humanistic Anthologies* (*Studi e Testi* 230 ; Città del Vaticano 1964), p. 76.

scattered throughout innumerable manuscripts, not only are unpublished for the most part, but as yet many are not even officially catalogued².

The largest collection of Casciotti's writings is contained in a manuscript of the Biblioteca Marciana in Venice³; on folios 43^r-50^v and 69^v-78^v, they are divided into two groups⁴. The first section is comprised of the following: ^a(f. 43^r) *Narratio historica Bar. Casc., inc., Adolescens ingenti gloria, des., vita et morte perscribere*⁵; ^b(*Ibid.*) *Eiusdem Bar. Casciotti, inc., Fundite iam lacrimas, in fletum vertite cantus, des. (v. 8), carmine pro moestis uberiore roga*⁶; ^c(ff. 43^v-49^r) *Oration to Leonello d'Este, inc., Vereor Illustris Princeps Leonelle (quae tua nunc de me expectatio et quae attentio verborum meorum est) ut, des., in me audiendo fueris*; ^d(f. 49^r) *Poem, inc., Divi pii cordis qui tot Leonelle dolores, des. (v. 19), medicabilis arte*⁷; ^e(ff. 49^{r-v}) *Prooemium in librum phisonomiae quem Michael patavinus edidit. Ad d. Leonellum principem estensem transmissum XI κλ iunias, inc., vehementissime cogitare princeps illustrissime quid efficere possem, des., sed iam satis ad rem ipsam veniamus,*

2. With regard to Casciotti, see pp. 75-77 of my *Two Humanistic Anthologies* and my article «Some Unknown Humanistic Poems» in *Mélanges Eugène Tisserant 7 (Studi e Testi 237; Città del Vaticano 1964)*, 255-260. The present study is an attempt to integrate the two previous publications cited above.

3. This manuscript, already known to Segarizzi (cf. A. SEGARIZZI, *Della Vita e delle Opere di Michele Savonarola medico padovano del secolo XV* [Padova 1900], p. 20 and p. 66 n. 53) and to Sabbadini (*Epistolario* 3.214), will be described in the second volume of *Iter Italicum* by Kristeller, soon to be published. Kristeller has allowed me to consult the manuscript of his forthcoming volume. This description is based on an examination *in loco* of the manuscript and of the microfilm, kindly forwarded by the Marciana Library.

4. The last folios of the manuscript are in disorder — a fact which has long been recognized. After f. 89^v, we read: *Fogli enumerati (membranacei) da 25 a 93, preceduti da 9 carte bianche. Bibl. Marciana 31, 1. 1914 P.Z.* Subsequently, we read: *Dovevasi aggiungere: Le carte 80, 81, sono inserite erroneamente fra le carte 74 e 76 e mancano le carte 75, 77, 79, e 82; 17. 2. 1914 P.Z.* Nevertheless, in my description I have followed the numerical order of the folios and, consequently, have noted the content of f. 76 before that of ff. 80 and 81.

5. A brief summary containing information on the life of Niccolò Adimari, who died at the age of 18 at Padova in 1419, while studying law (on f. 43^r we read: *Patavi duodeviginti annos agens dum iuri operam daret occubuit MCCCCXVIII*). For additional details concerning his life, see SABBADINI, *Epistolario* 3.214.

6. This is an epitaph for the Olivetan monk, Matteo Ronto. About him, cf. SABBADINI, *Epistolario* 3.280-283. The text of the epitaph is found on p. 282 of that volume.

7. The poem is not by Casciotti, but by Ludovico Sardi. It is found also in the manuscript of the Capitular Library of Toledo, 100.42 on ff. 253^r-265^v, where we read: *Ludovicus Sardu ferrariensis iurisconsultus in funere illustris principis et excellentissimi domini Nicolai marchionis Estensis ad illustrem principem eius natum dominum Leonellum marchionem Estensem et aliorum flentium numerosum cetum consolatorium carmen dicit.* See my *Two Humanistic Anthologies*, p. 56.

in fine : edidit prooemium hoc Barth(olomaeus) Casciottus⁸; ^f (f. 49^v) *Barth(olomae)i Casciotti dum quidam liber redderetur, inc.*, Iamque meum praestans celanum Musa revises, *des.* (v. 10), atque cantet laudes semper in orbe tuas ; ^g (f. 49^v) *Eiusdem de quadam puella quae scribit ad amantem suum dum monialis efficeretur, inc.*, Infida cura vale vos mundi coeta valete, *des.* (v. 12) fortiter atque feres si quid tibi tulit, agne⁹; ^h (f. 49^v) *Eiusdem pro Ioanne avinionensi, inc.*, Si superasse viros cantu si aequasse camenas, *des.* (v. 4), nec mors te raperet, nec lapis te tegeter¹⁰; ⁱ (f. 50^r) *Vergilius, inc.*, Optima quaeque dies miseris mortalibus aevi, *des.* (v. 3), et labor dur(a)e rapit inclementia mortis¹¹; ^j (*Ibid.*) *Traductio eiusdem Bar. Casci., inc.*, Apta bonis studiis hominum perlabitur aetas, *des.* (v. 3), Et timor et saevi premit impatientia fati¹²; ^k (f.50) *Barth. Casci. Epistula pro Jacobo Philippo mazono, inc.*, Legi nuperrime epistolam quamdam politissime scriptam, *des.*, docto dignas summopere provocasti. V idus quintiles 1437 ; ^l (f. 50^v) *Versus Barth. Casci., inc.*, Armenti taurus quo non animosior alter, *des.* (v. 21), et veneris crescunt bellorum turbine flammae ; ^m (*Ibid.*) *Epitaphium editum per Bar. Casci., inc.*, Si virtus celebris, si praestans sanc(t)io legum, *des.* (v. 7), non... rapuisset dira Iohannem/mors nec clausisset simul hic cum coniuge clara.

The second group of Casciotti's works in the Marciana manuscript begins at folio 69^v, with a work decrying the ignorance of the clergy : ^a (*Admonitio ad clericum qui nuperrime sacerdotium inceperit ; Barth. Casciot. Laur. sal., inc.*, Impiae stoliditatis presbyteros vidisse, *des.* (f 70^v), eorum confortia evitare contendas ; ^b (ff. 70^v-71^v) *Ne iuvenes amorì se implicent, inc.*, quam male saevus amor iuvenes deludat amantes,

8. Segarizzi does not mention this poem in his work on Savonarola, yet he is aware of the Venice manuscript (*op. cit.*, pp. 19-21). Savonarola's work was translated into Greek by Theodorus Gaza, as he himself tells us in the preface to his treatise *De Balneis* (regarding which, see SEGARIZZI, p. 81), where Savonarola writes : *Nam Theodorus Graecus bonarum literarum doctor et nostrae universitatis gloriosus rector, duo opera haec (the Speculum and the De Balneis) de literis latinis in Graecas traduxit* (this citation is found in Segarizzi, p. 22). F. BORSETTI (*Historia almi Ferrariae Gymnasii* part 2 [Ferrara 1735], 18), with regard to the *Speculum* of Savonarola, says simply : *quod in Latinum a Graeco vertit Theodorus Gaza*. As for the translation of Theodor Gaza, Segarizzi merely states (*op. cit.*, p. 81) : « Niente so dire della traduzione del Gaza. »

9. Topics such as the above are often employed by the poets of the Renaissance ; see my *Two Humanistic Anthologies*, p. 39.

10. The text of this poem is found in other manuscripts as well (cf. *Two Humanistic Anthologies*, pp. 77 ff.).

11. It consists of three verses taken from Vergil's *Georgics* (III. 66-68). Unfortunately, H. WALTHER, in his *Initia carminum ac versuum mediæ aevi posterioris latinorum I* (Göttingen 1959), 1339f, considers them a humanistic work.

12. These three verses are followed by two hexameters : 1. *Rustica silvestres resonat bene fistula cantus*, 2. *Villica campestris modulatur tibia voces*. In the margin of the first hexameter, the amanuensis of the manuscript writes : *ad verbum translatio*.

des. (v. 54), Territus excidio sterilem vitabat amorem. Finis¹³; ° (ff. 71^v-72^r) *Gratiarum actio, inc.*, Quam splendidum et iocundum quam sanctum, *des.*, vitam et gloriam sempiternam possideat; laus honor et gloria illi sit qui vivit et regnat in saecula saeculorum amen; ° (ff. 72^r-73^r) *Bartholomaeus Casciottus Leonardo C.F.S.D., inc.*, Epistulae tuae gravissimae haec una brevissima respondebit, *des.*, pace tamen eorum qui secus existiment explicavi. Vale; ° (f. 73^r) *Eiusdem oratiuncula* cuidam legato dicta, *inc.*, Plurima quidem sunt Reverendissime pater quae mortales amare solent, *des.*, ne me respicias te semper atque semper sim precatus; ° (ff. 73^r-74^r) *Eiusdem epithalamium, inc.*, sentio patres celeberrimi quam grave onus vobis imperantibus susceperim, *des.*, ut fiat vehementer semper atque semper rogabimus¹⁴; ° (ff. 74^r-v) *Bartholomaeus Casciot. Guidoni suo sal. d., inc.*, Grifus noster vir profecto suavissimus me vehementissime rogavit, *des.*, diem illi more romano dicet. Vale; ° (f. 74^v) *Bar. Casc. d. Aldrovandino sal., inc.*, Sollicitus his diebus vehementer fui ut aliquem tibi, *des.*, me tuis litteris facies certiolem. Vale; ° (f. 74^v) *In solemnitate S. Iacobi, inc.*, Lux praeclara micat magnum veneranda per orbem, *des.* (v. 7), Aethera collaudant excelsi martyris acta¹⁵; ° (ff. 76^r-v) *Barth. Casci. sal. dicit p., inc.*, Plurima tibi scripsisse memini quae non modo adulescentuli mansueti, *des.*, crebriusque descripserim. Vale. Ex Ferraria pridie Idus nov.; ° (f. 76^v) *Pro castaneis transmissis episcopo per eundem, inc.*, Munera castaneas peregrinus mittit ad urbem, *des.* (v. 6), meque tuum credas dum mihi vita comes; ° (f. 76^v) *Poem, inc.*, Anserem ad te mitto lubens antistes, *des.*, malivolorum obtrectatione defendas. Vale¹⁶; ° (f. 76^v) *Exemplum de infimo stilo dicendi Peregrino, inc.*, Confugio praesul quoniam dignissime semper, *des.* (v. 10), Et me committas te precor atque rogo; ° (*Ibid.*) *De stilo altiloquo, inc.*, Vexatus placidas peregrinus remeo ad oras, *des.*, sis mihi lumen tu numen tuque patronus; ° (*Ibid.*) *De mediocri stilo et temperato, inc.*, Deprimor interdum fortunae pressus ab ira, *des.* (v. 10), reprimas ni guttura cantu; ° (f. 78^r) *Hymnus in Beati Benedicti laudem, inc.*, Vir fuit magnus Benedictus abbas, *des.* (v. 14), Trinitas nobis tribuat salutem grataque cuncta. amen; ° (ff. 78^r-v) *Barth. Casciottus Peregrino cas. (?) salutem, inc.*, Litteras tuas praetori transmissas saepe multumque lectitavi, *des.*, et ad vitae sanctimoniam. Vale et me ama et t(ibi) n(ihil)

13. The same poem is found in a manuscript of the Vatican Library, *Vat. Lat.* 5131 on ff. 25^r-v, with the title *Carmina d. Bartholomej Casciotti ne Juvenes amori se implicent.*

14. The text is found also in the manuscript of Toledo cited above, on ff. 10^v-11^v (cf. my *Two Humanistic Anthologies*, pp. 21-22). Moreover, the same epithalamium is to be found on ff. 24^r-v of Manuscript 2948 (*i. e.*, A. TIOLI, *Miscellanea variorum saec. XV auctorum* 36, number 15) in the Biblioteca Universitaria of Bologna; in reference to this manuscript, see KRISTELLER, *Iter Italicum* I. 25.

15. Folios 80-81 are found inserted after this fascicule (see n. 4 *supra*). Folio 75 is missing, but the first word which appears on it is *angelici*, indicated at the bottom of f. 74^v.

16. A short note, written to accompany a gift of a goose.

molestum esse rescribe. vij idus nov. 1440 ; ^r (f. 78^v) *Epitaphium* cuiusdam picae quae hisabetta vocabatur hominum sermonem apte pronuntiantis, *inc.*, Hisabetta fleat tua funera moesta iuventus, *des.* (v. 2), concinat et laudes diva minerva tuas ; ^s (f. 78^v) *Epitaphium* picae Venturini quae ludovica nominabatur, *inc.*, picarum ludovica decus pieraeque puellae, *des.* (v. 6), Heu sic destituis non reditura tuos ; ^t (f. 78^v) *Ad episcopum ferrariensem, inc.*, Heu tibi vir celebris transmittit poma luculli, *des.* (v. 10), Tu mihi defensor tu mihi vera salus ; ^u (f. 80^r) *Poem inc.*, Pusio, crinitus nimium tibi favit Apollo, *des.* (v. 28), Qui tangit nervo quod velis ipse tuo¹⁷.

The Manuscript Hamilton 495 of the Deutsche Staatsbibliothek of Berlin contains several of Casciotti's compositions. In this manuscript which once belonged to the library of Ferrara¹⁸, we find the following poems : ^a (f. 154^v) *In tibicinem, inc.*, Si superasse viros (cf. p. 12ⁿ) ; ^b (f. 156^v) *Epitaphium d(omi)ni Ludovici de Sardis per d. B. Caseotum, inc.*, Defleat alma suam lacrimis Ferraria civem, *des.* (v. 7), His studiis legum nam clarum lumen ademit¹⁹ ; ^c (f. 156^v) *Epitaphium d(omi)ni Grassiae per d. Bartholameum Caseotum, inc.*, Si qua tenet pietas, si vos nova tangit imago, *des.* (v. 12) volitat super ethera pennis²⁰.

A third manuscript, noteworthy here, may be found in Naples²¹, where it preserves a number of additional poems by Casciotti : ^a (f. 269^v) *D(omi)nus Bartholomeus Casiotus de Florentia, inc.*, Quando ego formosam, *des.* (v. 10), mortemque rependit ; ^b (f. 270^r) *Idem, inc.*, Quisque vir ingenio, *des.* (v. 12), tollit ad astra bonos ; ^c (f. 270^r) *Idem, inc.*, Ipse velim scribas, *des.* (v. 10), ex tempore carmen ; ^d (f. 270^v) *inc.*, Quanta dei pietas, *des.*

17. I have transcribed all the incipits and desinits of the compositions which are to be found in those parts of the Venice manuscript containing Casciotti's works. However, not all of the items listed above should necessarily be attributed to Casciotti, since not all of them bear his name. We have noted (see n. 7 *supra*) that one of them belongs to Ludovico Sardi ; his authorship of many others is yet to be demonstrated.

18. To the kindness of Dr. H. Boese, who is preparing a catalogue of the Hamilton manuscripts, I owe the following communication : « Ms Hamilton 495 ist die von Borsetti II, S. 16 erwähnte Petrarca-hs, die damals (1735) dem Gymnasium in Ferrara gehörte. Sie ist von Johannes Carpensis geschrieben, und also auch in Ferrara entstanden. Sie enthält als Anhang zu den Rime Petrarca's eine lateinische Anthologie, die eine kleine Auswahl aus dem bietet, was derselbe Schreiber (vermutlich) später noch einmal in dem bekannten cod. Bevilacqua kopierte ». Cf. L. BERTALOT, « Humanistisches in der Anthologia Latina », *Rheinisches Museum*, N.F. 66 (1911), 61 n. 4 ; see also my *Two Humanistic Anthologies*, p. 77.

19. Ed. Borsetti 2.16. In my *Two Humanistic Anthologies*, p. 76 n. 1, I also attributed to Casciotti the epitaph, *Qui patria vivens*, written likewise for Ludovico Sardi, but by Guarino Veronese (cf. BERTONI, *Guarino da Verona*, p. 47).

20. Ed. Borsetti 2.23.

21. Bibl. Naz. V.F. 18, ff. 269^v-270^v. See my *Two Humanistic Anthologies*, p. 75 n. 2.

(v. 8), te bartholomaeus ornat²²; ^e (*Ibid.*) *inc.*, Luminibus captus, Franciscus, *des.* (v. 3), super astra reliquit²³. A letter of Guarino Veronese follows soon after this last epitaph : (f. 270^v) *Guarinus Veronensis Illustri principi d(omi)no Leonello Estensi sal. plurimam dicit, inc.*, Nulla profecto Leonelle princeps, signa videris omittere, *des.* commilitonem tuum ama²⁴.

A variety of works by Bartolomeo Casciotti are to be found in still other manuscripts : the Biblioteca Aristeia of Ferrara possesses four²⁵, the famous Bevilacqua manuscript in the Biblioteca Estense of Modena²⁶, the Vatican Library's *Cod. Barb. Lat. 42*²⁷, and Ms. 100. 42 of the Capitular Library of Toledo²⁸. A manuscript of the Braidense of Milan²⁹ contains an *Oratio funebris habita per d. B. Casiotum de Florentia* (ff. 63^v-65^r, *inc.*, Si viri clarissimi), written on the occasion of the death of Niccolò Saturnino³⁰. A manuscript in Wolfenbüttel³¹ preserves the text of a letter, written by Casciotti in Verona on April 1, 1427, and published by Sabbadini³². Finally, a manuscript in Perugia³³ contains a poem by Casciotti (*Desine Roma tuos*), as is indicated by G. Mazzatinti³⁴.

In conclusion, we note that, of the fifteen manuscripts we have referred to as containing works of Bartolomeo Casciotti, only the Ferrara manuscript offers the text of his *Elogium Sancti Augustini*, the transcription of which now follows.

Sesto PRETE

22. The epitaph does not have a title, but note that in the last verse, the name of the author (*Bartholomaeus*) appears.

23. The epitaph does not bear the author's name.

24. Ed. R. SABBADINI, *Epistolario* 2.216-220 nr. 668.

25. *I.e.*, I 20, I 70, I 434, II 110.

26. The *Cod. Est. Lat.* 1080.

27. See my *Two Humanistic Anthologies*, p. 70.

28. *Ibid.* 21, 36, 40, 49.

29. *I.e.*, A D XIV 27 (it is indicated by SABBADINI 3.214 and KRISTELLER I. 356).

30. See SABBADINI, *loc. cit.*

31. The *Cod. Aug.* 2° 83, 25, f. 109^v.

32. In volume 3 (on pp. 213-214) of his *Epistolario*.

33. Bibl. Comunale 592 (H. 78).

34. *Inventari dei Manoscritti delle Biblioteche d'Italia* 5 (Forlì 1895), 181.

Bartolomaei Casciotti florentini oratoris clarissimi in Aurelium beatum Augustinum laudatiuncula feliciter incipit³⁵.

Si in me tantum ingenii vel aliquid disciplinae aut exercitationis fuisset, ornatissimi cives, ut de hoc praestanti viro et praesulum sanctissimo
 5 Augustino nonnulla potissimum dicere valerem, totum id, quantumcumque esset, in sanctissimi laudem hominis celebritatemque transfunderem. Sed cum sit exile ingenium meum atque ieiunium et paene aridum non modo mihi qui haec ipsa propius sentio cognitum esse arbitror sed prope ante oculos vestros positum esse cognosco. Utinam mihi tanta
 10 dicendi copia, tantum flumen ingenii tantaque ubertas et orationis magnitudo praestarent ut non dicam accommodate, ut res expostulat, sed ut ipse cupio et mea voluptas exoptat eius ipsius praestantissimam virtutem et paene divinam sanctimoniam in hoc possem honestissimorum [119^r]
 15 hominum coetu clarissimorumque referre. Sed usque adeo depressa est meae disciplinae ratio ut ne quod tanto viro dignum est etiam ex parte possit explicare. De exercitatione autem quid dixerim cum nullam penitus videar attigisse? neque hoc quidem munus dicendi suscepissem nisi vestra me, cives humanissimi, benevolentia coegisset; quod profecto prosequendum esse arbitratus sum non ingenii ostendandi
 20 causa sed potius ut imperio vestro morigerus esse videar. Quis autem tam fuit unquam eruditus ut ingenio vel natura fretus, quis unquam tantam dicendi consuetudinem habuit et tam ad ubertatem quam ad copiam accommodatum genus dicendi, quis huius viri virtutes et disciplinas nedum ornate dicere, sed etiam posset numerare dicendo?
 25 Deficeret profecto loculentissima Ciceronis oratio, efficacissima vis Demosthenis torperet et Crassi lepores cum Antoni nervis flecterentur, Caesarisque et ceterorum oratorum splendor null<i>us esse momenti videretur. Quid in eo non maximum, non extollendum aut virtute videri aut doctrina potest? Omnes profecto viros quos veteres scriptores
 30 laudaverunt partim virtute et sapientia claros fuisse, partim corporis dote et ceteris externis bonis praestitisse legimus. In hoc autem viro ornatissimo non cordis robor laudare consilium est cum eo illo qui fuere freti quam immanissime deliquerunt et vita agrestius ferarum more duxisse perhibentur. Vituperandi magis quam laudandi sunt qui gloriam
 35 corporis viribus consequi concupiscant. Neque quidem illum divitias habuisse laudabimus; nam huius mundi homines non tanto opere divitias quesiverunt quanto opere hic vir ingenuus pauperem complexus est. Id autem quod in eo potissimum laudandum est, virtus sanctimoniae, religionis et fidei nostrae dilectio fuit, et rerum omnium erudita
 40 liberaliter disciplina, cuius profecto tam eum constat eruditum fuisse ut non solum aetatis suae viros eruditos superasset sed ad maximorum veterum gloriam fastigiumque venisset. Sed de ingenio prius, de virtutibus deinde disseremus. Praestitit iste vir ingenio plurimum; nam omnes artes quas liberales vocant sine ullo disserendi praeceptore didicisse
 45 [119^v] ferunt. Quod tantum laudis habere videtur tantumque eius tollit ad sidera nomen ut vel ipse solus tanto orbe terrarum et numero saeculorum hoc praestanti munere praeditus extiterit. Nam qui magis ingenio praestiterunt et philosophiae studiis totam operam impenderunt numquam sine dicendi magistro ad eam philosophandi peritiam pervenere.
 50 Aristotelem et Platonem discipulos fuisse legimus, quorum alter Platonem, alter vero Socratem audivit. Socrates autem et alii complures inge-

35. Elogii textum iuxta codicem unicum ferrariensem dedimus; haud raro tamen amanuensis qui linguam latinam videtur plane ignorare nonnullas lectiones praebet quae haud rectae sunt; textum igitur, quam diligentissime potuimus, emendavimus, distinctionis signa addidimus sententiasque, ubi opus erat, et verba corrigere ausi sumus.

nio [praestantes] et natura praestantes nonnullos audierunt disserentes, sine quibus philosophandi doctrinam animadverti posse non putaba(n)t. Non solum artium liberalium doctrinam vir iste, omnium scitissimus, est per se cumulatissime consecutus, sed etiam libros omnes Aristotelis qui in manus suas venire potuerunt lectitavit atque ita intellexit ut cum aliis ita non mediocriter eruditus eos illos accuratissime disseruisset. Perdiligens autem in scribendo fuit et infinitum paene numerum librorum edidit. In quibus tanta videtur esse peritia, eloquentia, auctoritas ut quod primum in his mirari debeamus non facile possit intellegi. Quot ad populum omelias explicavit? Quot ad fratres sermones habuit? Quot transmisit epistulas, tum monendo, tum exhortando, tum arguendo confutandoque quae minus vera esse putavisset? Quod si illi qui nonnullos libellos ediderunt tanto opere de ingenio laudantur vel propter eloqui venustatem vel propter exquisitissimam disciplinam, qua laude hic habendus erit qui ita de utraque re elegantissime et gravissime disseruit ut eloquentissimus et peritissimus ab omnibus haberetur? Aristoteles, vir ingenio peracutus, a doctissimis viris mirifice laudatur qui disserendi artem, quam dialecticam vocant, acutissime cognovit et omnia fere, illo duce, discuntur. Cur non iste in caelum tollatur cum ratio disserendi tantam in eo vim habuisse videatur ut quicquid defendere voluisset facile probaret, quicquid improbaret, funditus everteret? Et haec quidem de ingenio dixerim. Nunc autem ad eius virtutes ornatissimas veniamus. In omni quippe aetate studiosissimum se virtutis exhibuit. Nam antequam [120r] ad hanc nostram christianae professionis religionem sese contulisset, in studiis bonarum artium decore magis versatus est; et tam liberali et affluenti munificentia pro sua in doctissimos viros facultate usus est ut ante divitem pecuniosum cuncti existimassent; post autem cum ipsam illam religionem christianorum attigisset, pecuniam, non modo suppellectilia reliquaque ad vivendum accommodata bona, pauperibus Christi ceterisque qui illum sequerentur dedit, sed se ipsum tota mente totisque corporis viribus attulit, omnia militibus Christi erogans, impertiens atque profusissime disseminans ita ut illis eisdem rebus nonnumquam carere videretur. — Sed quonam modo, — diceret aliquis, — illum fuisse iustum probasti, cum de eius liberalitate disserere videaris? — Hoc inquam pacto; nam nihil iustitia aliud videtur esse nisi ea virtus quae ius suum unicuique tribuit. Quod si hic non solum non abstulit quod esse pauperum videbatur sed illud etiam ipsum cumulatius reddidit et affluentius erogavit ³⁶ <...> sane perhibetur, cum omnia quae in hac mortali luce clauduntur ad hominis usum debeant salutemque referri. Dedit igitur quod erat pauperibus largiendum sicque iustitiam adimplese cognoscitur. Rex Lydorum Croesus suarum divitiarum laudatores plurimos habuit qui, dum illum ipsum regem extollere pergunt, avaritiae maculas illi videntur ingerere. Nam qui habet, clarus non habetur, sed qui dedit immortalis Deo cuncta quae possidet hic et mundo clarissimus et Deo acceptissimus iudicatur. Itaque Augustinum magis laudaverim pro tantula re collata pauperibus quam amplissimum regem divitiis et opulenta reduntantem qui ne obolum quidem pauperibus unquam contulisset. Ab omnibus autem praestantissimis suae aetatis hominibus sapientissimus est habitus Augustinus quandoquidem et rem, ingenii acumine praeditus, multo antea cognoscebat, et, si quod immineret periculum, cautissime propellebat. Est autem prudentia una virtus quae nos ad nostram utilitatem cuncta referre perdoceat nec tamen sinit homines cupiditate improbari, labefactari. Quid iste omisit quod [120v] ad maximam prudentiam pertineret? Didicit quae profutura cognoscebat. Neglexit quae obesse potuissent. Christianos vitam praestan-

36. Quid scriptor dicere intendat haud difficile est intellectu; codex tamen verbum praebet (*visum*?) quod legere non potui.

tissimam docuit ; cognoscebat enim haec quae modo memoravi summo et immortali Deo gratissima fore atque pro his omnibus erat maximum beatitudinis fructum consecuturus. Complures huius mundi homines
 110 prudentissimum Platonem fuisse rettulerunt eo quod mundi plurima genera rerum cognovisset. Sed qui non modo mundi sed caeli et Dei secreta penetravit quantum videtur Platoni anteponeudus ? Sed quod vir iste in laboribus maximis sit versatus satis facile comprehendi potest si libros et eius scripta numerosissima contemplemus, si quos
 115 revicerit fidei adversarios cognoverimus, si quo studio, labore, industria et omni animae cura plerosque devios a pessima ad fidem Christi optimam traduxerit videamus. Cum omnibus hereticis pugnam acerrimam gessit et eos fortissime expugnavit ; cum Arianis, Manichaeis ad resistendum fortissimis viris, durissime pugnavit. Cum Iuliano singulari certamine
 120 disputationis congressus est in quo revincendo tanta fuit vis dicendi et verborum copia ut super hac una parte congressionis quinque libros praestanti doctrina refertos exarasset. Donatum, doctissimum virum, et omnes huius sectae philosophos luculentissime confutavit ; Faustum eloquentissimum oratorem obtumescere coegit, ceterumque omnium, ne de omnibus dicam, ita fregit animos ut, illo praesente, nullum quidem
 125 verbum facere tentavissent. Herculem ad astra tollunt plerique quia Antaeum, Acheloum et tricipitem Gerionem deleverit et fortitudine corporis, certe non abhorrenda, prostraverit. Sed hunc nostrum magis in caelum tollant summisque laudibus potius prosequantur qui
 130 solus contra plurimarum sectarum philosophos adversus homines ingenio et doctrina praestantissimos et rerum usu peritissimos usque adeo fortunatissime dimicaverit ut ingenii disciplinae ceterarumque cognitionum victoriam simul et ingentem gloriam, laudem reportaverit. Quid autem de eius modestia referemus cum studiosissimos labores rettulerimus ?
 135 quos subire profecto non potuisset nisi fuisset modestiae deditissimus. Eum frugi fuisse legimus [121^r] ita tamen ut ne terminos satietatis excederet neque a vitae commodo recedere videretur. Sobrietati autem maximam operam dedisse compertum est non tam ingenii exercendi causa quam ut luxuriae et insanos corporis motus stimulosque vitaret.
 140 Nihil autem ipsa luxuriae peste perniciosius esse dicebat quae vini fomento potissime nutriretur. Nihil quod ad eam calcandam atque evertendam tantum valeret quam vini abstinentia quam saepissime dicere solitus est. Ippocratem facile medicorum principem sunt qui verbis [paene] reduntantibus paene efferant, qui, naturam ducem secutus corpori
 145 quam plurimum indulgendo longius suae vitae spatium protelavit. Sed ne hunc admirabuntur qui usque adeo parce se habuit et ita se modeste praebuit ut non corpori tantum vitam longiorem sed animae unquam defuturam compararet ? Si autem in eo spes maxima fuit quid attinet dicere, cum neque studiis liberalibus aut orationibus neque vigiliis neque
 150 inediae neque docendo populum, obiectando hereticis neque ad amicos scribendo, consolando neque exhortando plurimos neque firmos discendo (?) atque fovendo tantam operam dedisset ni illud ipsum hac una duce et fidissima comite peregisset ? hac una sola fretus quam plurimum in omni mortalium actione, potius ceteras est facillime consecutus.
 155 At si Iob, vir in primis iustissimus atque sanctissimus, spem maximam habuisse et ob hoc unum adversissima protulisse legimus et a paene toto terrarum orbe laudatur, cur Augustini laudes tenentur qui maiore tanto spe ductus quanto artius serviebat, omnem huius mundi perversitatem et illecebrosas voluptates pessimas qui posthabuit ? Etenim quis illo
 160 fuit unquam ad credendum quod dei sunt (quae res est ardua et paene inaccessa) facilius ? qui et quemadmodum et quod praecipue credere debeamus in omnibus suis libris accuratissime docuit. Quod si quis de eius fide dubitaverit amens profecto videatur, cum tanta in omne genus hominum, tanta in utroque sexu salutaria omnique aetati, tanta amicis-
 165 simis suis, tantaque denique fratribus contulit ut si velim cuncta eius

miracula recensere facilius me dies quam copia deficeret. At si Petrus apostolus fidei nostrae fundamentum extitit propter [121v] summam credendi firmitatem, cur hic non habeatur excelsior, in quo tantum videtur potuisse fides tantumque suavissimus Christi amor ut semper
170 inconcussus in ea ipsa permanserit et ne quidem leviter titubaverit? Immortalem Deum tanti animi ardore et prope incredibili dilexit ut nihil ab hominibus tantopere quaesitum tantaque vehementia profectum videatur. Et si plerique in hac celeberrima dilectionis parte sint toto mentis et cordis ardore versati plurimumque profecerint, huic si comparentur, aut inferiores, aut certe non anteponebimus iudicabimus. Sed diceret fortasse quispiam: — quo pacto dilectionem tam excelsam et ardentem ipsius cognovisti in deum versari, cum solus ipse Deus scrutator cordium existimetur? — Sed plane quidem satisfacere possimus; nam cum Dei dilectio in observatione praeceptorum suorum consistere videatur, eum profecto dilexisse tanto ardentius censebimus quanto in illis implendis atque observandis deditiorem esse cognoverimus. Sed quis unquam fuit aut in exquirendis praeceptis Dei curiosior, aut in cognoscendis vigilantior, conquirentior in retinendis, paratior in e<f>fundendis? Non sic piissima mater nostra filium in cunis, non sic probus parens praestantissimum et unicum natum, non sic denique se ipsum vel alium quisque curavit qui negligentissimus non appareat si cum diligentia Augustini (quam in implendis Dei praeceptis exhibuit) conferatur. Sed quae Augustini adversus proximum fuerit diligentia nemini arbitror obscurum fore qui libros suos aliquando lectitaverit. Nam in quo plurimum suae litterae vigilaverunt? In quibus magis rebus exercuit ingenium quam in proximi cuiuslibet salutem? qui non solum suae civitatis homines cuiusque aetatis atque sexus, non solum amicos, familiares quibuscum versabatur, non solum exterarum et peregrinas nationes qui uno tempore saevam vitam agebant instruxit, edocuit,
195 sed omnibus posteris ad bene beateque vivendum uberrimam et frugiferam doctrinam noscitur attulisse. Quod si Paulum Apostolum de Dei et proximi dilectione redundanti paene dicendi copia tamquam benemeritum laudamus, si illum celebramus ardentem virum qui omnem curam, studium, diligentiam in Dei dilectione posuisset, quam ob rem Augustini ingentes, immensas et inexplicabiles laudes in medium afferre vereamur qui nihil omisit quod ad hanc dilectionem [122r] pertinere videatur, nihil neglexit fructuosum, nihil laboriosum effugit, qui mente et corde, doctrina et viribus insudavit, ut clementissimum Deum et proximum diligeret? Quod si hic praesul praestantissimus, ingenio clarissimus, philosophis et doctissimis viris antistetit, si iustitia, sapientia clarissimis praefuit, si fortitudine et modestia cum pugnacissimos tum abstinentissimos vicit, si spe, fide et caritate beatissimos aequavit vel superavit, quas ei dignas, meritas, congruentes laudes attribuemus? quo praeconio, qua voce, quibus verbis eum efferemus? non solum ipse qui nihil paene sum, sed non omnium virorum doctrina, non eloquentissimorum oratorum copia et facultas, non denique omnis mortalium sapientia eius attingere laudes etiam mediocriter posset. Quare non meam orationem, copia et ubertate carentem, sed illum ipsum virtute et sapientia redundantem inspiciatis. Iamiam illum amate pueri, iuvenes, senes; illum colite maritae, viduae, virgines; illum omne genus hominum, omnis sexus atque aetas, illum peccatores, sancti et optimi viri diligant, observent vehementer quoniam optimus, sanctissimus, beatissimus extitit. Illi gloriam date et famae celebritatem tribuite nec quotannis illum celebrate solum sed omni tempore et quolibet die nomen eius
220 personate. Illum in corde figite atque portate; certum apud Deum valet cum sanctitas tum gratia ut quicquid ab immortali Deo petierimus, quicquid voluerimus, hoc intercessione sanctissimi viri et meritis gloriosissimi praesulis, sacerdotis, confessoris, sine ullo peccatorum impedimento, consequi valeamus. Finis.